



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

15 De ignorantia quid sit, & quotuplex, quæque causet inuoluntarium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

det Cepol. conf. crimin. 1. vers. ne videtur ex alio. Et conf. civil. 60. Malcard. concl. 497. n. 15. Flamin. supra à n. 89. Et 90. Item deponentes de coactione in contractu celebrato. et non deponant coactando deponunt, adhuc possunt illis exquirere, quia possunt deponere de talibus circumstantiis, & coniecturis, que omnino præsumptionem metus tollant: stare enim opinè potest metum alicui illatum fuisse ad extor. quendam contractum, postea vero cum contractus celebratur, metum purgatum esse, & ita teneri. Decius supra n. 25. Et reg. in omnibus 39. n. 8. ff. de reg. iur. Sanc. d. sp. 27. n. 2. Alciat. conf. 104. n. 8. Et conf. 5. n. 17. Cepol. conf. civ. 2. num. 14. Et seqq. Malcard. plures referens concl. 1057. n. 8. Et 9.

2 Tertia difficultas est, quando censetur metus purgatus? Communis sententia est, non censeri purgatum, dum non cessat omnino timoris causa, quamvis in actu externo appareat libertas, tradit Menochius lib. 3. præsumpt. 4. num. 22. Malcard. supra n. 36. Anton. Gomez 2. variar. cap. 14. num. 27. Flamin. lib. 13. quest. 1. n. 123. Et præcipuum num. 226. Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 18. n. 7. Basilius de Leon. lib. 4. cap. 17. n. 3. Et alij ab eisdem relati. Durat autem timoris causa, vt tradit Sanchez alios referens, Malcard. optimè concl. 1055. num. 36. quoniam durat subiectio timorem incurienti, vt si iudex metum inferat, dum durat officium, si tyrannus, dum durat tyrannus, si vir, dum durat matrimonium, si pater, dum durat patri subiectio. Hinc infert Flamin. n. 17. Et seqq. primò catectatum, & coactum præstare cautionem de soluendo, licet postea liberatus si accretibus, & cum intervallo solutionem faciat, solutio dicitur facta ex metu, nam si non soluisset, posset rursus carcerari, & feruenter tractari. Secundò infert, si contractus venditionis fuit celebratus per metum, & traditio rei venditæ fuerit facta ex intervallo, durante causa metus, traditio dicitur metu facta. Tertio, si maritus verberat uxorem, quia non consentiret eadem instrumentum, si postea vxor assentiat etiam ex intervallo, dicitur consentire metu mariti. Quarto, si mulier intravit in monasterium per metum, ibique per plures annos perseuerauit, non purgatur metus si viger eadem causa, vel si non cessant impedimenta, vt possit reclamare, & tradit etiam Sanchez lib. 4. disp. 18. n. 8. Basilius de Leon. lib. 4. cap. 17. n. 3. cum Nauar. 4. comment. de reg. cap. statumimus, n. 19. quest. 3. n. 71. Quocirca vt metus censetur purgatus, debet adesse aliquis actus spontaneam voluntatem demonstrans, quia causa sentiel posita, tempore durat, præsumitur, dum aliqua ratione non probatur penite, traditque optimè Menoch. lib. 6. præsumpt. 37. Azor. lib. 1. cap. 11. quest. 18. Idè que, quod metu factum est ab initio, est postea facte confirmatum, nullas vires habet, præsumitur enim metu confirmatum, si per impressionem, C. quod metus causa, & multis relatis docet Malcard. concl. 1055. n. 34. Actus autem purgandi metum debet integrè & liquidè spontaneam voluntatem demonstrare, quare si aliam interpretationem recipit, metum non purgat, vt bene docuit Ioan. Garc. de nobilitate, Gloss. 17. n. 46. Nauar. lib. 1. conf. 11. de his que videntur, n. 9. in 2. edit. Azuec. lib. 4. recop. tit. 21. l. 1. n. 195. Basilius de Leon. lib. 4. cap. 17. n. 3. Ex qua doctrina infert alij allegatis Sanchez lib. 4. disp. 18. n. 10. Basilius de Leon. & Nauar. solutionem illius quod per metum soluere iuratis, fore rescindendam, est solutio spontanea fit, quia non præsumitur spontanea, sed facta timore perituri incurrendi, iuxta cap. de debito, de iureiurand. vbi iurans soluere viuras potest repetere, quia non censetur sponte soluisse. Qui autem sint actus spontaneam voluntatem demonstrantes, quibus metus purgetur, non est facile dicta, aliquos referunt Doctores, ne que difficultate carent. Primus est presentia iudicis, seu magistratus, hanc enim sententiam purgat metum, eo quod favore iudicis possit agens quemlibet metum repellere, ita Bart. in l. ult. ff. quod metus causa. Iason conf. 71. col. 2. volum. 1. Crauet. conf. 114. n. 11. volum. 1. Et conf. 233. n. 4. Thomas Sanchez lib. 4. disp. 27. n. 3. Malcard. de probat. concl. 1055. num. 5. Verum huiusmodi presentia solum inducit præsumptionem, quod metus sit purgatus, non tamen inducit probationem claram, stat enim opinè aliquem ita metu esse adstrictum, vt non solum non audeat contractum repellere, verum neque coactionem manifestare, & tunc contractus etiam si factus in presentia iudicis, erit metu celebratus, & tradit ex Bart. & Bald. Flam. lib. 13. quest. 1. n. 194. Secundò quo censetur metus purgatus, est, si fiat actus eorum consanguineis, vel amicis patientis metum, præsumitur enim tunc libere consentire, ita Bart. in l. transactionem, C. de transact. Iason ibi, Et in leg. interpositas, n. 5. C. eod. Felin. in cap. causam matrimonij, col. 3. vers. quarta declaratio, de offic. deleg. Decius cap. xli. col. xliim. vers. vltimum notandum, de appellat. Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 27. n. 2. At hoc intelligendum est, vt rectè Malcardus supra n. 4. cau quo consanguinei, vel amici sufficientes essent resistere violentiæ eius, qui infert metum, seu e contra. Quapropter Bart. supra, dicit ex consanguineorum presentia non cessare metum, vel metus præsumptionem, imò Thomas Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 27. n. 2. Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 14. n. 27. fine. Oriert. conf. 16. n. 24. & alij docent, neque hanc præsumptionem cessa-

re, sed tantum cogi allegantem metum, vt probet grauiorem illatum fuisse, & clariore probationes asserere. Tertio censetur metus purgatus ex cohabitatione spontanea cum inferente metum, qui enim fugere faciliè coactionem potest, neque fugit, voluntariè iam consentit, sic enim censetur matrimonium, & professio metu facta ratificari, si contraheutes non fugiant, vel recitent, cum faciliè possint, habetur expresse cap. ad id, de sponsalib. Et ibi Glossa, & tradit Malcard. multis relatis supra n. 35. Sanchez lib. 4. disp. 18. n. 3. Quod autem tempus requiratur, vt sic habitans censetur coactionem fugere potuisse, prudentis arbitrio metiendum est cap. de causis, de officio delegat. Et l. 1. ff. de iure delib. quia non est à lege tempus præscriptum, Sanchez supra n. 6. Vnde placet mihi, quod dicit Malcard. concl. 1055. num. 39. non præsumi purgatum metum in matrimonio, est mulier in domum viri tradatur, ibique habitat modico tempore, si statim ad domum Patris reuertatur; præsumitur enim non habitasse spontaneè cum fugerit, cum primum potuit, & consentit in his Basilius de Leon. lib. 4. cap. 17. n. 17.

PUNCTVM XV.

De ignorantia quid sit, & quomplex, quæque causet inuoluntarium.

- 1 Distinguitur ignorantia.
- 2 Qua sit ignorantia vincibilis, & inuincibilis.
- 3 An dicitur ignorantia vincibilis, qua non sit crassa, & supina.
- 4 Triplex ignorantia culpabilis distinguitur.
- 5 Quando dicitur ignorantia vincibilis.
- 6 Quorum rerum censetur habere ignorantiam inuincibilem.
- 7 Quid dicendum de parochiano ignorante festis, & ieiuniis in hebdomada occurrentia.

1 Varias acceptiones ignorantie tradunt Doctores cum D. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. Illa tamen nostro instituto deseruit, quæ est illarum rerum, quas quisque scire tenetur. Quapropter ignorantiam definire possumus esse carentiam cognitionis debite. Hæc carentia multiplex esse potest, alia iuris, alia facti, alia vincibilis, alia inuincibilis. Ignorantia iuris est, quæ ius ignorat, vt si ignores contractum vitiarium esse illicitum, omnia peccata mortalia etiam dubia nec sciri esse consentanda, diebus festiuis audiendum esse factum, ignorantia facti est, quæ ignotas hanc contractum esse vitiarium; hoc peccatum mortale esse necessariò consentiendum; nullas vires habet, audientem esse factum.

2 Hæc ignorantia iuris, vel facti vincibilis esse potest, & inuincibilis. Vincibilis dicitur, quia illam viribus tuis vincere poteris, inuincibilis, quia nullo modo illam superare potuisti. Poteris autem circa vnum, & eundem actum scientiam & ignorantiam inuincibilem habere: cognoscere enim potes accessum ad consanguineam, vel affinem esse peccatum intemperantiae, non tamen esse incestum. Item ignorare potes feminam esse nuptam, vel habere vorum castitatis, cum tamen cognoscas illius accessum tibi esse prohibitum: tunc talis actus, quatenus ex ignorantia procedit, non est peccatum, est peccatum sit, quatenus à scientia, vel ignorantia vincibilis procedit, tradit S. Thom. 1. 2. quest. 76. artic. 3. & ibi omnes eius expositores.

Hinc sit ignorantiam inuincibilem vocari antecedentem, iustam, & probabilem, vocatur antecedens, quia antecedit actum; est enim causa illius, quatenus si ipsa non adesset, actus non fieret: sicuti absentia naturæ, causa est submergionis nauis, quia si natura non abfuisset, nauis non submergeretur. Vocatur iusta, & probabilis, quia eam canones, & leges probant, & operantem ex illa excusant. Vincibilis ignorantia dicitur consequens improbabili, & iniusta. Consequens dicitur, quia aliquem actum voluntatis consequitur, v. g. dubitasti an hæc hebdomada dies aliquis sit ieiunij, omisit inuestigare: ecce ignorantiam consequentem esse ad illam voluntariam omisionem. Talis ergo ignorantia, iniusta est & à iure improbat, & operantem ex illa non excusat, sed accusat. De ignorantia comitante nihil est, quod dicamus, quia neque accusat, neque excusat actum, hæc enim cum solum consistat in quodam habituali affectu voluntatis, quo quis paratus est actum eodem modo præstare, si ignorantia caret, ac præstitit ignorans, & affectibus nec metemur, neque demeremur, efficiunt sanè ignorantiam comitantem, si in consequentem non transit, non inducet peccatum, quia non potest inducere, quin fuerit aliquo modo voluntaria, vt optimè probat Salas 1. 2. tractat. 13. disp. 8. sect. 5. num. 35. Sanchez disp. 32. n. 26. Item, quia licet ille affectus peccaminosus sit, non tamen est causa actus, & consequenter non potest actus ratione illius puniri. Insuper vincibilis ignorantia dicitur affectata, crassa, & supina. Affectata, quia ignorare affectas, & intendis. Crassa, quia more crassi hominis & pinguis, deses, & piger es in ea deplenda. Crassi enim homines, & pingues desides solent esse. Eodem modo dicitur supina,

DE CASTRO PALAZO

supina, quia more iacentis supine in lecto. quide nulla re curat, sic non cuius ignorantiam expellere, in his omnes conueniunt. Ex hac doctrina infero non sufficere ad ignorantiam vincibilem aduertendam alicuius effectus, re cognoscere illius causam, nisi simul cognoscas saltem sub dubio causam esse illius effectus, docet Valquez illi disp. 107. cap. 3. & Sanchez n. 25. & specialiter n. 38. ubi probat danti operam rei illicitae effectus inde sequutos non imputari, nisi aliqua cognitio de connexionne effectus cum tali causa occurreret.

3 Difficultas est, an detur aliqua ignorantia vincibilis, & culpabilis mortaliter quae tamen non sit crassa & supina? Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 16. n. 7. & lib. 6. disp. 13. num. 32. & seqq. Salas tract. 13. disp. 8. sect. 10. num. 76. Bonacio disp. 1. de censuris. quaest. 1. punct. 1. aliis relatis, num. 4. affirmant sufficere ad ignorantiam vincibilem mortaliter, si diligentiam mediocrem non appoueris: at ad ignorantiam crassam, & supinam summam negligentiam requiri. Ergo distinguuntur.

Fateor tamen me non posse percipere hanc distinctionem si enim ignorantia vincibilis mortaliter necessario expostulat non esse appositam mediocrem diligentiam in veritate inuestiganda, necessario expostulat nullam, vel modicam diligentiam esse adhibitam: qui enim mediocrem diligentiam non adhibuit: & aliquam adhibuit, modicam sane adhibuit, sed qui modicam diligentiam fecit, obligatus facere mediocrem censeat Thom. Sanchez habere ignorantiam crassam, & supinam. Ergo ignorantia crassa, & supina a mortali culpabilis distingui non potest: & ita sentit Suarez 1. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 10. n. 7. Coninch, disp. 13. de censur. dub. 11. n. 9.

4 Quocirca (si placet) triplicem ignorantiam culpabilem agnosco. Primam directè voluntariam secundam indirectè. in qua nulla diligentia adhibita est ad illam vincendam. Tertiam, in qua aliqua diligentia modica tamen, & insufficientis est adhibita. Ignorantia directè voluntaria est eadem ac affectata de qua Glossa in cap. eos. verbo affectum. de tempor. ordin. in 6. & in cap. vit. §. tu autem. verbo scienter. de offic. dol. par. in 6. Affectata autem ignorantia scientiae aequiparatur, ex cap. quastum. de pen. & remiss. ubi, si istis procuratoribus, aut studiosis negligentibus sitis reperiantur oppressi ab officio altaris, debet perpetuo abstinere & tradit Menochius de arbit. lib. 2. censur. 4. casu 316. Mascardus verbo ignorantia. conclus. 876. num. 31. Ignorantiam indirectè voluntariam, in qua nulla diligentia adhibita est ad illam vincendam appellarem ignorantiam crassam & supinam. Er in hoc sensu verum est dicere ignorantiam crassam, & supinam summam negligentiam ex expostulare ex leg. regula 9. §. sed facti ff. de iur. & facti ignor. ubi sed facti ignorantia in n. demum cuique non nocet si non summa negligentia obicitur. At ignorantiam in qua aliqua diligentia est modica ad illam vincendam adhibita sit, nullo modo crassam, & supinam appellarem: quia qui facit aliquam diligentiam, iam non videtur procedere ex lata culpa neque videtur integre habere animum omittendi: & hac ratione optime intelligitur, quomodo potest esse ignorantia mortaliter culpabilis qui fuerit crassa & supina.

Quae dicta sunt de ignorantia, intelligenda sunt de obliuione, & inaduertentia. Obliuio enim, & inaduertentia quaedam ignorantia est, & eodem modo cum actu comparari debet, ac comparatur ignorantia. Quae obliuio, & inaduertentia inuincibilis operantem excusat, vincibilis vero accusat, sicut de ignorantia dictum est. C. ita tradit Thom. Sanchez lib. 1. cap. 16. n. 8. Suarez 5. tom. in 3. p. disp. 4. sect. 8. n. 5. & Azor. tom. 1. lib. 1. in 3. p. cap. 16. quaest. 3.

5 His positis restat explicandum, quid requiratur; & sufficiens sit, ut ignorantia vincibilis, dicatur, vel inuincibilis, potens humana diligentia superari, vel non potens superari; Aliquibus placet sufficere re esse obligatum aduertere, etiam si neque dubitationem, aut scrupulum de malitia habuisses: sic tenet Zumel 1. 2. quaest. 76. art. 3. disp. 1. dict. 4. Valent. 1. 2. disp. 6. quaest. 6. p. 1. Mouentur, quia praecipuum impleri non potest sine aduertentia, & cognitione illius, Ergo praecipuum obligans ad illius executionem, obligat ad illius aduertentiam. Ergo si hanc omittis, peccas eodem peccato, ac si omittes praecipuum, vti diximus in tract. de conscientia, disp. de conscientia errante Secundo idem est (quoad peccatum) praecipuum scire, ac illud debere scire, ex l. quod te mihi §. ff. de rebuss. credit. ubi, sed etiam si aliqua iusta causa sit propter quam intelligere deberes, quando ergo scis praecipuum & non exequeris, peccas Ergo etiam peccas, quando debes scire, cap. si culpa, de iniuriis. Tertio communiter Doctores tradunt ignorantiam iuris vincibilem esse, secus vero ignorantiam facti quod nulla ratione verum esse potest, nisi quia iura leges tenearis scire, secus vero facti, Ex quo oritur illud commune axioma Ignorantia facti excusat, secus ignorantia iuris.

Mihi tamen magis probatur ad ignorantiam vincibilem, & culpabilem non sufficere re ex statu; vel officio obligatum esse, nisi aliqua cognitio, dubitatio, vel scrupulus sit de tali obligatione, quia vsque talis dubitatio sit voluntaria, esse non potest illius aduertentia omisso: prima ergo cognitio, qua voluntas moueri debet, necessaria est, & non libera.

Dices Ergo omittens praecipuum semper omittit ex scientia illius, & non ex ignorantia: ergo nunquam datur peccatum ex ignorantia.

Respondeo facile omittere ex scientia illius clara, & distincta, nego: ex scientia illius confusa, vel dubia concedo. Ignorantia enim vincibilis huiusmodi cognitioni confusa, & dubia non opponitur, imò potius illam requirit consistit enim malitia ipsius ignorantiae in eo quod nolueris illam dubitationem & cognitionem confusam de praecipuo examinare. Ita Sanchez, lib. 1. Decalog. cap. 16. n. 21. Valquez 1. 2. disp. 107. cap. 3. n. 6. & disp. 123. cap. 2. Salas tract. 13. disp. 4. sect. 5. n. 8. latius tract. 13. disp. 8. sect. vlt. num. 87. ubi reperitur supradictam sententiam improbabilem.

Argumenta in contrarium non obstant Ad primum dico, quamlibet legem obligare ad sui aduertentiam & considerationem, postquam tibi propolita est, non antea, proponitur tamen, cum dubitas vel scrupulum habes de illa.

Ad secundum concedo, idem esse quoad culpam scire praecipuum, ac debere scire. At nego te debere acta scire, quouique dubites de tali obligatione.

Ad tertium respondeo regulariter ignorantiam facti, non iuris excusate, facilius enim ignoratur factum, quam ius, si enim ius naturale sit à natura ipsa haberetur, si positum sit passim. Solemnique ritu promulgatur: eaque de causa in foro externo alleganti ignorantiam iuris incambit onus probandi, quia praesumptio est in contrarium, semper enim quis praesumitur scire quod publicum est, vt bene notant Doctores in cap. 1. de postulat. pralat. & cap. fin. §. alioqui qui matrimonium accus. 907. & tradit, gloss. cap. nulli, verbo verissimiliter, de elect. in 6. At si dixerimus (vt bene dari potest) ignorantiam iuris inuincibilem, eodem modo excusatur à peccato, ac excusatur ignorantia inuincibilis facti, ita tradit Sanchez lib. 1. cap. 16. num. 26. Valquez disp. 123. cap. 2. num. 5. Azor. lib. 1. cap. 1. quaest. 13. & cap. 16. q. 1. Quod autem in pluribus casibus ignorantia inuincibilis iuris dari possit, nemini esse potest dubium, aliis nullus est fidelis qui ignorare possit inculpabiliter, mysteria fidei, & praecipuum Ecclesiae, nullaque Confessarius, vel iudex esset, qui ignorantia inuincibilis laboraret eorum, quae ex officio scire tenetur, quod est profus à veritate alienum. Concedo tamen in foro externo raro praesumi, neque admitti ignorantiam inuincibilem iuris communis, esto admittatur ignorantia probabilis legis municipalis cap. vt animarum, de confit. in 6.

6 Sed inquires, quarum rerum ignorantiam inuincibilem habetas?

Respondeo illorum omnium, quorum neque scrupulus, neque dubitatio tibi occurrit: quia haec est prima radix veritatem inuestigandi, Azor. lib. 1. cap. 16. q. 5. Bonacio disp. 2. de pec. q. 3. p. 3. n. 3. Ex quo fit posse te ignorare plura, quae iure Ecclesiastico, diuino, & naturali prohibentur, late probat Salas multis telatis 1. 2. tr. 3. disp. 8. sect. 4. potes enim inuincibiliter ignorare percussorem clericum esse specialiter prohibitam, effusionem feminis vel sanguinis violare Ecclesiam, habere copulam cum affine esse incestum, & similia. Ex iure diuino ignorare potes plurima mysteria fidei integritatem confessionis receptionem Eucharistiae. Ex iure naturalis plurima possunt inuincibiliter ignorari, etiam toto vitæ tempore vt bene docet Valq. disp. 122. cap. 2. Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 16. n. 33. eo quod eorum malitia non ita clara sit & manifesta: hac enim ratione ignorare potes vsuras esse illicitas, & peritium honestati non posse ad defendendam propriam, vel alterius vitam pollutionem esse intrinsecè malam, & alia huiusmodi, quae passim vidi à multis inuincibiliter ignorari.

Dubitatio tamen laborata de prohibitione aliqua, non est ita facile concedendum te laborare ignorantia inuincibilis. Nam in primis debes diligentiam facere inuestigandi veritatem alias ignorantia affectata, diligentiam autem non summam, sed quae communiter fieri solet in re graui, & saluam animae spectante, colligitur ex l. regula ff. de iuris & facti ignorant. & l. lata culpa ff. de verborum signific. illa autem facta, ubi veritas non cognoscatur, inuincibilis ignorantia censetur: ita Valq. disp. 123. cap. 2. n. 5. Sanchez num. 14. Suarez 5. tom. in 3. part. disp. 4. sect. 8. num. 12. 16. & seqq. Azor. lib. 1. cap. 16. quaest. 6. Salas tract. 13. disp. 8. sect. 4. Bonacio supra n. 3. aduertit tamen & bene Valq. disp. 123. cap. 2. num. & Sanchez num. 17. Azor. cap. 19. quaest. 5. ignorantiam rerum propriam, officium, & statum spectantium raro esse inuincibilem, quia raro desinat quis aduertere se ratione officii aliquibus obligationibus teneri, quae cognitio sufficienter viam aperit inuestigandi obligationem stat legum, & praecipuum communium facilius ignorantiam inuincibilem concedi posse, quia non ita occurrit tibi dubitatio omnium praecipuum.

7 Ex his deducitur parochianum ignorantem ieiunia, & festa in illa hebdomada occurrentia excusati, si die Dominica Missae maiori adfuit neque Parochus, vt solet publicum, vel si absuit, alios interrogauit, neque monitus fuit, quia hic praesertim diligentiam inuestigandi veritatem quae communiter praestari solet sic Azor. lib. 1. cap. 13. q. 1. di. 3. Michiel. 1. tom. sum.

Sancti, cap. 13. conclus. 7. n. 9. in fine. Sanchez lib. 2. cap. 6. num. 37. quod si neque interit, neque alios interrogavit, censendus est vincibili ignorantia laborare, quia non praestitit diligentiam, quae solet praestari. At hoc bene limitat Sanchez supra intelligendam esse, casu quo patochianus aliquem scrupulum, vel dubium habuerit illa hebdomada aliqua ignorantia, vel scita occurrere. Nam si nihil horum occurrerit, censendus est ininvidibiliter ignorare, & tradit in simili salas tract. 13. disp. 8. sect. 4. n. 23. §. 6. regula. Bonacina disput. 2. de peccat. quast. 8. pun. 3. n. 28. Siquam autem efficaciam ad cognoscendam rem laborasse in aliqua ignorantia invidibili est, si summum propositum formale vel virtuale habes satisfaciendi tuae obligationi quia hoc propositum omnino excludit negligentiam mortaliter culpabilem, ut ex te constat, & tradit alius relatis salas 1. 2. tract. 13. disp. 8. sect. 4. n. 13. §. 1. regula.

PUNCTUM XVI.

An ignorantia, obliuio, vel inuertentia praecipri quando vincibilia sunt, minuant culpam, vel ab illa exculent.

- 1 Non excusatur a culpa.
2 Minuit culpam si non sit affectata.
3 An ignorantia vincibilis possit ex mortali veniale facere.

Primo certum est ignorantiam illorum, quae ratione tui officii vel status tenentis scite, esse peccatum. Ea autem, quae tenent scite, in duplici sunt differentia, alia quorum cognitio per te imperatur, ut sunt mysteria fidei, alia quae solum ratione operis, ut est scientia Decalogi, & aliorum praceptorum, si ignoras culpabiliter mysteria fidei, aduersus fidem peccas, si ignoras praecipra seruanda, & ob illorum ignorantiam aliquam transgredieris, vel te periculo transgressionis illorum exponis, peccas eadem specie peccati, ac si scieris illa praecipra violare: ita docet Valq. 1. 2. disp. 119. c. 2. §. 3. & Azor. t. 1. lib. 1. c. 12. §. 5. Sanchez lib. 1. in Decal. c. 17. n. 11. §. 12.

Secundo certum est ignorantiam culpabilem minuire culpam, quia minuit rationem voluntarii, minus enim voluntaria est transgressio praecipri ex ignorantia, quam ex scientia: nam ex scientia est transgressio directe voluntaria, ex ignorantia vero etiam affectata sit, est totum indirecte, quatenus negligit praeciprum investigare. Verum si huiusmodi negligentiam affectes, ut liberis, & sine remorsu praecipra transgrediaris, eto transgressio actualis illius praecipri, minus voluntaria sit, quam si ex scientia praecipri procederet, hoc non obstat quominus grauius delinquas: non quia illud peccatum multiplicem habeat circumstantiam, quod videtur infirmate Azor. lib. 1. cap. 14. quast. 1. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 17. num. 6. quatenus dicit peccatum adulterij, v. b. gratia scierit factam, solum adulterium esse: ac cum ignorantia affectata esse temerarium, & periculosum & aliis grauioribus peccatis inest scilicet, & facilligij expositum; hoc enim per se fallax est: nam etiam adulterium committum ignorantia solum crassa seu mortaliter culpabilis est temerarium: & periculosum, & illis criminibus committendum expositum, sed quia non est expositum mortaliter, eto quod illatum circumstantiarum ignorantiam probabilem habueris, ideo illud delictum non habet aliam malitiam praeter malitiam adulterij. Ergo ex hac parte non potest peccatum ex ignorantia peccatum scientiae superare. Ratio igitur efficacis quare grauius delinquas, si ex ignorantia supradicta affectata liberes peccandi pecces, quam si ex scientia ea est, quia in hoc affectu virtute omnia transgredieris praecipra ob animum deperitatum siquidem remouere a te vis impedimentum a Deo positum ne volentes tua praecipra: medio enim conscientiae remorsu derinet Deus peccatores, ne in peccata laborant, si igitur hoc affectu peccatum a te exerceatur, vis tacite vis liberet in peccata vagari.

Difficultas autem in eo sita est an ignorantia vincibilis quae non sit affectata, aut crassa, minuat culpam, ut quae alias debet esse mortalis, reddat venialem; Neque est controversia de culpa aduersus ius diuinum, & naturale; hoc enim si ab ignorante ignorantia culpabilis mortaliter violatur, mortale erit. Controversia est de violatione legis humanae quae non videtur, ita stricte obligare, ut eius violatio ignorantia non affectata, crassa, aut lapsina mortalis sit, etiam si ignorantia culpabilis mortaliter fuerit: sic docet Thom. Sanchez lib. 1. c. 17. §. 17. n. 19. & adducit pro se Valent. Valquez, Armilla. Nauarrum, solum, & alios Doctores, contenditque explicari non posse de ignorantia venialiter culpabili; haec enim culpam mortalem a cuiuslibet praecipri transgressione, excusat (secundum omnium sententiam: ita tenet Bonacina disput. 2. quast. 8. punct. 3. num. 1. videtur tamen loqui de ignorantia venialiter culpabili, sed fateor remoueram ingenij mei: non enim percipere possim, quomodo detur ignorantia mortaliter culpabilis, & transgressio praecipri ex tali ignorantia mortalis non sit. Nam tota materia transgressionis consistit in negligentia cul-

Ferd. de Castro, Sum. Mor. Pars 1.

pabili sciendi praeciprum, imo potius non est alia malitia omissionis, v. g. ieiunii, vel missae praecipra: quam est in illa culpabili negligentia. Si ergo illa negligentia est culpabilis mortaliter, omisso culpabilis mortaliter erit. Nequit ergo negligentia culpabilis mortaliter reddere violationem venialiter culpabilem: ita Suarez 3. tom in 3. p. disp. 82. sect. 3. col. pen.

Ex his infero peccatum ex ignorantia culpabili, vel scientia commissum non ita variare naturam ipsius, ut necessario debeas in confessione explicare fuisse ex ignorantia culpabili, vel scienter commissum, non enim notabiliter auget, aut minuit peccatum: ita Nauarr. summ. cap. 6. num. 11. Suarez 4. tom in 3. part. disput. 22. section 4. num. 14. At si forte procederet peccatum ex ignorantia affectata liberis peccandi & sine remorsu, ille enim affectus videtur necessario declarandus, quia non solum auget malitiam, ut dicit Sanchez lib. 1. cap. 17. fine, sed, meo iudicio aliam speciem constituit, aduersantem voluntati Deo seruienti,

PUNCTUM XVII.

An ignorantia legis, vel poenae impositae per legem excuset a poena.

- 1 Proponitur casus.
2 Ex ignorantia legis imponentis poenam poena non contrahitur.
3 Idem est si adest ignorantia facti.
4 Quid dicendum si solum ignores poenam a lege impositam.
5 Deciditur questio, & approbatur ignorantiam poenam in casibus excusare.
6 Probabile est ad irregularitatem extendi.
7 Probabile etiam est excusare ab aliis poenis delicti grauiorem secundum se excedentibus.
8 Aliqua inferuntur ex superiori doctrina.
9 Satis argumentis n. 4. positis.

Si nulla alia lege actus prohibitus est, nisi ab illa quae est poena imposita, ignorans inuincibiliter legem illam, poenam non contrahit, quia non peccat. Ergo non es a lege puniendus, ex res. sine culpa. 23. de regul. iur. in 6. cap. 2. de constit. & est res omnino manifesta. Difficultas autem est quando actus prohibitus est alia lege praeter illam quae poenam imponit, & ignotas legem imponentem poenam, cognoscens tamen actum alia lege prohiberi, & illum efficit, v. g. cognoscens, percussionem clerici esse prohibitam iure diuino & naturali: ignoras tamen adesse Ecclesiae prohibitionem sub excommunicatione; contrahisne si clericum percussis excommunicationem, vel irregularitatem, aliamve poenam?

Respondeo probabilis esse te nullo modo contrahere, quia non d. liquitur contra legem Ecclesiasticam v. p. te ignoras illius. Ergo non debes poenis illius puniri. Nec enim poena est vitium protrahenda, quam d. licetum fuerit, ut dicitur in cap. 2. de his qui sunt a maiore parte capiti. Et in cap. felicitis res. illud autem, de poenis, in 6. iudex enim poenam metiri debet ex culpa. Confirmo: Grauius delinquit qui percussit clericum cognoscens percussorem illum non solum esse prohibitam iure naturali, & diuino, sed etiam Ecclesiastico, & sub censura, quam qui solum cognoscit prohibitionem iuris naturalis. Ergo non debet vtrique eisdem poenis puniri. Secundo in censuris est res meo iudicio manifesta, Non enim contrahit potest censura absque monitione, & reprehensibilis, de appell. cap. Romana, cap. constitutum, de sentent. excomm. n. 6. atqui non censetur qui monitus quouque legem committentem censuram agnoscat. Ergo item censura influita est ad reprimendos rebelles, & inobedientes Ecclesiae, sed qui eius praecipra ignorat, nequit inobediens iudicari. Ergo non potest censura reprimi. Tandem censura est medicinalis poena, id est, poena non puniendi tantum delicti sed potius praeratiua committendi, cap. 1. de sent. excomm. in 6. praeratiua autem non alia ratione potest, nisi quatenus timore illius praeratiua a delicto committendo. Ergo necessario debes illius habere notitiam.

Haec rationes non solum probant ignorantiam legis municipalis, sed etiam Pontificiae, & cuiuscumque sit, a poena per ipsam imposita excusare. Quare cum in cap. vt animarum, 2. de constit. in 6. dicit Pontifex se nolle vt ignorantes ligentur statutis quouicumque ordinatorum, non inde inferitur legibus a se latis velle ignorantes ligare, imo ex ratione decidendi illius textus, quae est, vt animarum periculis obuietur, supponit contrarium, Grauius enim periculum animarum adellet si pontificis legibus ligarentur ignorantes, quam si legibus municipalibus ligarentur: tum quia grauius sunt; tum quia minus cognita. Quod si dicas cur ergo Pontifex de solis sententiis latis ab ordinario loquutus sit, & non absolute de omnibus statutis. Item si nouum ius concedere noluerat, sed an quum declarare, cur vras est verbo nolimus debebat enim vt verbo declaramus. Facile responderetur, quia solum de statutis ordinariou poterat esse difficultas an ignorantes ligarentur. Legem ergo

E

DE CASTRO PALACIO